





*Tab. III. 3016.*

**LAURUM APOLLINEAM,**

*Quam*  
*In ELECTORALI WITTEBERGENSI,*  
*RECTORE MAGNIFICO,*  
*Nobilissimo, Consultissimo ac Excellentissimo VIRO,*  
**DN.**

**GODOFREDO STRAUSSIO,**

*Phil. ac J.U.D. & P. P. Celeberrimo, Potentiss. Elect. Sax.*  
*in Supremo Appell. Judicio, nec non Sereniss. Viduæ Anhaltinæ*  
*Servest. Consiliario Splendidissimo, Curia Electoralis,*  
*Scabinatus & Facult. Jurid. Assessor*  
*Gravissimo,*  
**DECANUS SPECTABILIS,**

*VIR*

*Nobilissimus, Amplissimus, ac Excellentissimus,*

**DN. MICHAEL WALTHERUS,**

*Mathem. Super. P. P. longè Celeberrimus, Electoral.*  
*Alumnor. Ephorus Gravissimus,*

*VIRO*

*Per-Eximio, atq; Clarissimo,*

**DN. JEREMIAE PILARICKIO,**

*Lycæi Witteberg. Senatorii Collegæ VI. diligentissimo,*

*In Solenni Panegyri*

*autoritate publicâ*

*AN. M DC LXXIX. Die XIV. Octobr.*

*contulit*

*felicem esse jubent*

**DN. PATRONI, PRÆCEPTORES, FAUTORES**  
**ac AMICI.**

---

**Prælo MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.**

L. AURUM APOLLINIAM

IN ELECTORALI WITTEBERGENSI  
RECTORE MACHINICO

Nobilissimo, Consensu et Exaltatione V. R. O.

DN. HENRICH

GODOFREDO STRASSIO

Phil. et Jur. P. P. Celeberrimo, Potentis Elect. Sax.

In Supremo Appell. Iudicio, nec non Senatus Viduae Anhaltinae

Secret. Consistorio Sphindliano, Curia Hildesheim.

Sebastianus & Isaacus, Iud. Asessor

Gravissimo

DECANUS SPECTABILIS

V. R.

Adhuc, Supplicans, ac Exaltationem

DN. MICHAEL WALTHERUS

Mathematicus, P. P. Jonge Celeberrimus, Electorale

Alma Mater, Episcopi Gravissimus

V. R.

Adhuc, Supplicans, ac Exaltationem

DN. HERTMANN FIDARICKIO

Lycei Wittebergensis, Senatus, et VI. dignissimo

In Johanne, P. P. Jonge

Gravissimo

AN. M. DC. LXXIX. DIE XII. OCTOB.

Consilio

Illustri et Juberit

DN. PATRONI, P. P. JONGE, FACTORES

et AMICI

FRANZ MATTHEI HENCKELL, Acad. Typogr.





**R**ECTOR ut Albiacas conspexit  
Jupiter oras  
De caelo, vidit viridantem ferre  
Thaliam

Laurum. Cui, quo Musa sedes, ait, usque volatu  
Præpete fers? Peto tecta *Schola*, mox voce Pu-  
ella

Reddidit, *Albiacæ*; Laurum nam mittit Apollo  
SEXTO. Vota simul, mox Jupiter addidit,  
illi

Ferto, ac dic Superos isti bene velle corollæ!

*Gralus abundus scribeb.*

D. GODOFREDUS *Strauß* / P. P.  
& p. t. Academ. Rector.

A 2

Offi-

**O**fficium Exilium *DEUS* almus triste levavit;  
*Aspidum* studium pensat Honore  
gravi.

*Gaudia de Natis surgunt quàm plurima Patri,  
Quem post fata Virum tristia leta ma-  
nent.*

*Stet, crescat, vigeat, Nati, Patris, Pilarikum,  
Florida, clara, pium, Laurea, Fama, Ge-  
nus!*

*ABRAHAM CALOVIVS, D.*

**O**lim ridebat Demetrius (autumo, risu  
*Sardoò verè) ex statuis de more trecentis,  
Quas illi celebres posuere in honoris Athenæ  
Laudis & augmentum, nullam squallore tenaci  
Fœdatam, nullam contractâ erugine rosam,  
Nullamq; attritam per longum temporis orbem,  
Cum sit adhuc illò virò eversa omnis ad unam.  
Non similem risum, nec lusum, Laurea, noster  
Quam Tibi Apollo locat, monumentum insigne  
probatæ*

Vir-

Virtutis Laudisq; *Tuae* Famæq;, *citabit.*  
*Namq;* ea perpetuò perdurat, *Et omnia contra*  
*Fortunæ Momiq;* *maligna incommoda perstat.*  
*Hac igitur gaude, Nomen Tibi dante perenne!*

JOHANNES MEISNERUS, D.

---

**V**irtutis almæ plurimæ plurimi ampla in-  
signia

Virtutis absqve prævio  
Meritò assequuntur. Noster autem floridus  
Parnassus hoc de Te negat,  
PILARIK, Scientiâ polite & arduæ  
Virtutis axiomasi.  
Ergò Tuæ capesse nunc insignia  
Virtutis atqve præmia,  
Et liberalium *Magister Artium*  
Censente sis dignus Chorò  
Virum Sophorum, floreasq; splendidis  
Adauctus usqve honoribus!

JOHANNES ANDREAS QVEN-  
STEDT, D.

A 3

Hic

**H**ic Domino gratus, mundo quoque plurima praestat  
Commoda, qui pueris optima quaeque facit.  
Sed meliora potest nemo praestare Puellis,  
Quam teneros animos imbuere arte bona.  
Tu Sophiae studium coluisti primitus inde  
Nunc virtute Scholas, & pietate colis.  
Sidere felici Sophie decernit Honores  
Summos, & Musae ferta decora ferunt.  
Et Deus ipse Tibi sacro penlabit honore  
Mox meritum sanctum, quod pietatis habes.

JOHANNES DEUTSCHMANN / D.

**S**ub Duce WALTHERO Sophiae, Pilarike la-  
borans  
Per noctesque diesque, optato ornate Galero  
Incedis, meritos laete Tibi grator honores,  
Qui solabuntur multum Patremque Domum-  
que:

Fac, viro, gestes Doctoris, Patre, Coronam,  
Sic olim Templum ornabis, sic ibis ad astra.

*ex continenti facieb.*

JOACHIMUS NEXGER / Silcf.

D. & Professor Pandectarum

Publicus.

**V**erus bonos Artes alit, hoc communia verba  
Jactant. Et verè! Namque iucundantur honore  
Ad studia & multo mixtos sudore labores  
Sublimes animi. (Nec enim latet ignis in arcto  
Antro conclusus, quin vi multa exit in auras.)

Sic



Sic neque Tu latitare potes; sed clara laborum  
Capturus prodis nunc præmia, & athla Sophorum.  
Hæc collata Tibi meritò de jure, precabor,  
*Nomen alant Famamq; Tuam* volitare per ora  
Clarorum faciant celebrentq; *Tua Acta* Virorum!

*Ita de hujus nominis honore  
gratulatur*

Conrad Victor Schneider, Med.D.

P.P. Sereniss. Elect. Sax. &c. &c.

Medicus.



**N**uper ut intonsus vidit tua munia Phœ-  
bus,

Quæ exantlare soles pulverulenta Scholæ:  
Mox ait: Est dignus cui tempora Laurus in-  
umbret,

Ut sic sudores hos bene ferre queat.

Ac subitò propero pede fert hæc ferta Thalia,

Quæ capiti imposuit dextera nostra tuo.

MICHAEL WALTHERUS,

P.P. & h. t. Dec.

---

**N**unc, ubi sylva comis nudatur, Et arbor  
opaca

Ferè omnis, acta Aquilonibus,

Pal-

*Pallidulis foliis viduatur, APOLLO, recepto  
De more, cingit Laureis  
Fronde Tuas foliisque, comas, servantibus omni  
Viridem decorem tempore.  
Scilicet ut Laurus per secula vivit; Honores  
Sic hi Tui vigeant, precor.*

*scr. m. l.*

ANDREAS SENNERTUS, Prof. Publ.  
Academ. Sen.

**I**psa quidem virtus sibi met pulcherrima merces;  
Sed tamen & merces Honor est sat honesta, polita  
Quam Virtus omni sibi reddere jure cupiscit.  
Hanc meritam Virtute Tuâ, clarissime, grator,  
Mercedem, PILARIK, & majus culmen Honoris  
Opto, quod nostrâ capias hac dignus in URBE!

MICHAEL Strauch / Mathem.  
P. P.

**P**incipibus placuisse Viris, non ultima laus est.  
Phæbeis placuisse Viris laus major, an illa?  
Non dirimam litem. Liceat mihi dicere verè:  
Te, cum Parnasso placeas Phœboque; celebri  
Nostro, Virtutis merita ob præclara politæ,  
Illius eximiam laudem & decora ampla referre.

Præstantiss. DN. CANDID. optima quæque  
ac felicissima precatus  
scribeb.

BALTHASAR Stolberg / Prof. Publ.

Post

Post noctem redit alma dies; post nubila Phœ-  
bus;

Post hyemem florent tempora verna fe-  
ram.

Sic post Exilium Tibi surgunt gaudia multa;  
Tedia post Clarii multa laboris Honos.

Quod Tibi sit faustum fortunatumq; Parenti  
Præclarum celebri lætificumq; precor.

gratul. scr.

CHRISTIANUS Köhrenssee/  
Phil. Pract. P. P.



Qui versare manu nocturnâ, quiq; diurnâ  
Infractò doctos studuit sudore libellos,  
Ille viâ ad dignos sibi communivit honores.  
Hanc Tibi jam dudum, PILARIKI Clare, pa-  
râsti.

Ergò sume decus meritum. Quod serviat us-  
que,

Opto, Tue Fama, & celebrem Te reddat in  
orbe!

CHRISTIANUS DONATI, P. P.

B

Nomi-

**N**omine Palladio *PILARICK* asvesce vocari,  
Nomine, quod meritis æquiparare  
potes.

*Ludat* in erecto Tibi laurea vertice, *ludus*  
*Ludat* ut obsequiis, arte, timore, fide.

THEODORUS DASSOVIUS,  
Prof. Publ.

~~~~~

**P**ublicus, ut notum, *Præceptor in urbe Scho-*  
*larum*.

*Vulgi, ut ut hic non sit, voce MAGISTER*  
*erit.*

*Quid mirum est igitur nostri Collega Lycei*  
**SEXTUS** quod meritum querat & ipse  
Gradum.

*Gratulor hunc Titulum, majorem ut portet ho-*  
*norem*.

*Cum multis donis mente favente precor.*

M. JOHANNES FABRICIUS,  
Eccles. Witteberg. Archi-  
Diaconus.

Pan-

**P**annonia plorat humus, quam Mars furibundus anhelat  
Lethali telo perdere ad usq; rogam.  
Mors quoq; seua furit; Tu sed celebrare triumphos  
Intendis, quæ Tibi causa rei?  
Scilicet ut tristis nunc Patria sirmate cincta est:  
Omne sic fausto candida festa geris.

M. JEREMIAS Deutschmann/  
Eccl. Witt. Diac.

---

**E**N fructus Sophiae Tibi quos, PILARIKE,  
paravit  
Virtus & verâ cum pietate labor!  
Hos ipsos Cœlum fortunet, ut inde sequantur  
Torbona, quot pisces Albidos unda te-  
net.

fac. in honorem Dignissimi Domini  
Candidati,

M. JOH. HUNTING / Eccles. Patriæ  
Diaconus.

---

**S**ic tandem PILARIK conscendit culmina Pindi,  
Et laurum portat, dignus honore diu.  
Dignus honore diu, laurum decorare volebat,  
Quam serò circum tempora docta gerit.  
Grator quod dudum meritis, PILARIKE, fuisti,  
Apprecor & majus surgat ut inde Tibi!

In honorem Dn. MAGISTRI  
PILARIKI f.  
M. GEORGIUS SEHMEN/  
Diaconus.

B 2

Sic

**S**ic capis è duro, PILARICK dilecte, labore  
Præmia, quæ Clarius donat Apollo Tibi.  
Ergò suos Tripodas in vota resolvit Et idem,  
Ac per me faustus sit Tibi, mandat, honos.

fec. gratulab.

CLEMENS GUSHN / Hung.  
Diacon. Clödenfis.



**S**o recht! Geehrter Freund / die Tugend  
wil obsiegen /  
Und im gemeinen Wahn nicht ganz verborgen  
liegen /  
Ein Geist / der rühmlich lebt / wird Ruhmes werth  
gemacht /  
Die Ehre hat dir schon den Preiß längst zugedacht.  
Nun ist es eben Zeit / daß DICH die Weisen fröhnen /  
An unser Elbe Fluß; da du mit andern Söhnen  
Der Weißheit wirst gesetzt auf unsern Helikon /  
Und trägst für deinen Fleiß verdienten Lohn davon.

M. Johann Friedrich Schulze /  
der Philosophischen Facultät  
Adjunct.

- Fru-

**F**ructus honos oneris. Scholico Te pulvere fessum  
Pieridum, PILARIK, æquior ornat Honor.  
Sic reor, & si quid veri mens augurat, opto:  
Æquius hujus erit fructus Honoris onus.

*f.*  
**M. FRIDERICUS CHRISTIANUS Bücher/**  
Ord. Philos. Adj.

**S**emper adhuc meritos, Musis Phœboque favente,  
Est, licet invitos sponere secutus honor.  
Testis es: Hoc etenim studium moresque loquuntur  
Compositis, ac istud Publica Sparta probat.  
Hinc meritis meritò meritum dignatur Apollo  
Lauru, quæ Tibi sit semper, AMICE virens!

*Clarissimo Doctissimog, DN. suo PILARIKIO Fautori atq;  
Amico estimatis. gratul pon.*

**M. JOHANNES WOLFIUS, Ord. Phil. Adj.**

**L**aurus, quâ cingit tua tempora noster Apollo,  
Utilis ut multis floreat usq; precor.

Brevi versu sed prolixo affectu ita Politissimo  
Dn. Candidato pro meritis gratulatur  
honores

**M. GEORGIUS Schwarze/Greifsvvaldiâ-Pomer.**  
Facult. Philol. Adjunctus.

**T**Hessaliæ lex est, patriis excedat ut oris,  
Si quis avem, longis quæque est invisâ colu-  
bris,

Afficiat damnò: quoniam procul arceat id ipsum  
Hæc, simul insignis pietate ciconia rarâ.

B 3

Fallor,

Fallor, an exemplum, *Pilarik Clarissime*, reddis  
Hujus avis vivum? rarâ pietate Parentem,  
Prosequeris: nec damna cui, sed plura dedisti  
Commoda, ubi ingenium puerorum fingis ad  
artes

Ingenuas: divina vices has gratia reddet.  
Interea, dum sancta manet custodia legis  
Divinae: *ne lede meos*: cælestibus oris  
Nî velis excludi: digno Te semper honore  
Afficient, quotquot commissa negotia curant.  
Ergo capesse libens victuros, *Fautor*, honores,  
Quos Tibi Summorum primum nunc gratia  
confert,  
Conciliat virtus, mox amplificabit eosdem!

*Hiscæ Clarissimo atq; Doctissimo Dn. Pilarick Scholæ Witten-  
bergensis Collegæ sexto optimè merito, Fautori ac Amico  
suo Charissimo de Summis in Philosophia honoribus, ex  
merito callatis, gratulari, ac à divina benignitate fausta  
quæq; apprecari voluit*

M. JOHANNES HELVICUS WILLEMER,  
Mœno-Francof. Fac. Philos. Adjunct.

**T**u gaudes; sed tristor ego: celebrare triumphos  
Tu gestis; metuo vincula mortis ego.

Ergo



Ergò fero lacrymas, Tua quèis conspersa madensqve  
Laurea sit florens perpetuoqve virens.

*Morbidus ser.*

JOHANNES GOBIUS, Hung.

A. M. P.

---

**C**ynthius ergò Tuo capiti, PILARICKE, coronam  
Imponet? Lauri mox quoq, fert a feres?  
Scilicet his signis ornatum mittet Apollo

Ad Paphiam } Te sic noscet ut alma Venu.  
Sponsum noscat ut illa suum.

Gratulabundus fac, amico

MARTINUS LEUTMANN,

Teutopr. Hungarus.

---

**E**T quid opus FRATRI magnos promittere Montes?  
Secreti loquimur: tenero bona verba palato  
Haud supplantamus: metuentia carmina nec thus  
Néve damus Sombros, nobis nam cornea fibra est.  
Nec placet os populi meruisse, nec usqve minari  
Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.  
Non ego non undâ madeo Permeside; sed nunc  
Sufficient pia verba mihi, totumqve sonabunt

Hoc

Hoc mea metra, Meos haud unquam duxit hiantes  
Cretata Ambitio Versus. Mihi trama figuræ  
Sola manet. Proh! quàm steriles quibus una Poëtam  
Vertigo facit: exclames, ò Phœbe, perisse  
Frontem de rebus!

Tibi sed quæ vota tulerunt  
Pondere permagno multi, rata faxit JOVA:  
Fœdus & hoc Sophiæ properè excipiant Hymenæi!

*Mutatis his Volaterrani verbis Summos in Philosophia  
honores Fratris sui charissimi Imq, prosequ.*

M. GEORGIUS GASSITZIUS, Hung.  
Ser. Elect. Sax. Alum.

---

**E**Xilium Patriâ PILARICK, Te triste fugavit  
Cum reliquis; est grata Tuæ Germania sortis  
Porrexit dextram, Tibi publica munia donans,  
Quæ nunc Laureolâ Sophiæ magis ornat Apollo,  
Sic solet Exilii Dominus lenire dolores!

CHRISTOPHORUS MAZAR,  
S. S. Th. St.

---

**G**Ratulor ergò Tuæ, Pilarik peramande,  
Coronæ:  
Atque precor Sophiam quò Barbara sponte se-  
quatur!

NICOLAUS GAMBARZOVSKY, Cracoviâ-Polonus,  
Dei Gratiâ Conuersus.

5(0)50  
5

Umg. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







Bo III. 3016.

APOLLINEAM,

*Dnam*  
WITTEBERGENSI,  
MAGNIFICO,  
*no ac Excellentissimo VIRO,*  
DN.

O STRAUSSIO,

errimo, Potentiss. Elect. Sax.  
ec non Sereniss. Viduæ Anhaltinæ  
lidissimo, Curia Electoralis,  
cult. Jurid. Ascesfore  
vissimo,

SPECTABILIS,  
VIR  
*simus, ac Excellentissimus,*

WALTHERUS,

gè Celeberrimus, Electoral.  
orus Gravisissimus,  
VIRO

*atq; Clarissimo,*  
E PILARICKIO,

ii Collegæ VI. diligentissimo,  
*ni Panegyri*

ate publicâ  
IX. Die XIV. Octobr.  
ntulit

esse jubent  
CEPTORES, FAUTORES  
AMICI.

NCKELII, Acad. Typogr.